

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 17. Sigismundi Poloniæ Regis conatus pro Religione Catholica in Sueciæ
Regno restauranda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

Sæcul. XVI. cipue insistens Munsteri, & Tremelii ver.
A. C. 1594. sionibus. (*) Fatendum tamen, quod
 in Grammatica crisi, & conjecturis ad-
 modum felix fuerit, nimis tamen petu-
 lanter suo erga Religionem Catholicam
 odio a teneris indito indulserit.

§. XVII.

*Sigismundi Poloniæ Regis conatus
 pro Religione Catholica in Sue-
 ciæ Regno restauranda.*

*Spond. hoc
 ann. n. 28.
 Puffendorff
 introd. a
 l'hist. des
 Princ. t. 2.*

Postquam Sigismundus Poloniæ Rex
 mortuo Joanne Patre suo Sueciæ
 Regnum hæreditario jure acquisierat,
 atque

(*) Nunc jam glorientur Protestantes,
 quod eorum Parentes Lutherus & Calvinus
 ipsis reddiderint Bibliorum usum, quem Ca-
 tholicis a Papa eruptum suisse mentiuntur:
 unde ergo se purum Verbum Dei habere jaci-
 tare poslunt, dum tantum aliquam Bibliorum
 partem a suis Parentibus receperint, illis li-
 bris, quos hi suæ sectæ adversos credebat,
 rescissis, necnon textibus pro uniuscujus-
 que arbitrio explicatis, & deprivatis: hiuc
 illos ex nova eorum reformatione haud aliud
 commodum recepisse videtur, nisi quod nunc
 integro, & puro Dei Verbo scripto destituti
 etiam sine Sacerdote, & Sacrificio, prout
 olim Deus populo Hebraico minitatus est, re-
 periantur.

atque anno priori ad capeſſendam illius Sæcul. XVI.
A.C. 1594.
poſſeſſionem eo appulerat, primas eo
curas intendebat, ut Religionem Ca-
tholicam in novo hoc regno ſuo reſtau-
raret: verum in irritum cecidere pia
illius molimina; quippe nequidem a re-
bellibus ſubditis obtinere poterat, ut
inaugurationis ſolemnia, prout optave-
rat, a Francisco Malaspina ſancti Seve-
rini Epifcopo, ac Nuntio Apoftolico
fierent; vix enim regni Ordines hoc
regis propositum compererant, cum
illlico vehementer reclamantes peterent,
ut antequam coronaretur, ſolemni jure-
jurando ſe ſe obſtringeret, quod præter
fectam Lutheranam juxta Confessionem
Augustanam in Suecia nullam aliam
Religionem tolerare vellet, atque ab
Archiepifcopo Upsiloni ſe ſe coronari
permitteret, ad quem utpote Regni
Primate ejusmodi honor ex Majorum
inſtituto pertineret: porro eo tempore
hanc dignitatem jam integro anno uſur-
paverat Abrahamus André ſecta Luthe-
ranus, qui ad hoc munus aſſumptus
fuerat, eoquod defuncto Regi Joanni
Religionem Catholicam reſtituere mo-
lienti, ſemper adverſatus, ideoque in
exilium ab eo relegatus fuifſet.

Ceterum cum multo tempore hæc
altercatio duraret, Rex ſuadente ipſo
Pontificis Nuntio, neceſſitati cedere,

ac

Sæcul. XVI. ac Ordinum petitioni annuere cogebatur: igitur ab hoc ementito Archiepiscopo die decima nona Februarii coronatus, postea Stockholmiae comitia celebrabat, in quibus de forma administrationis Regni per Regis absentiam leges constitutæ sunt, indeque Rex in Poloniā rediit.

§. XVIII.

*Canonisatio sancti Hyacinthi ex Or-
dine Fratrum Dominicanorum.*

*Bull. t. 2.
pag. 39.
Const. 17.
Baillet vie
des Saints
16. Aug. t. 2.*

Eodem tempore in Italia summus Pontifex die decima septima Aprilis Beatum Hyacinthum ex antiquissima Polonica Oldrovanskiorum familia ortum consueto ritu Sanctorum Catalogo inferuit. Hic ex Cracoviensi Canonico, vivente adhuc sancto Dominico Fratrum Prædicatorum Institutum amplexus, expleto Novitiatus anno in patriam revocabatur, ubi plura condidit monasteria, simulque per integros quadraginta annos, quos in sacro hoc Ordine transegerat, raræ Sanctitatis exercitiis vacavit, in oratione assiduus, ac semper annuntiando Dei Verbo, peccatoribus reconciliandis, visitandisque infirmis intentus. Obiit Anno Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo die decima quinta Augusti Beatae Virginis in cælos assumptæ sacra, Cle-

mens